

EXAMEN VARIARUM LECTIONUM,  
QUAS AD TEXTUM JESAIÆ HEBRÆUM  
ALEXANDRINA VERSIO EXHIBET,

---

Cujus

PARTEM TERTIAM,

CONS. AMPL. FACULT. PHILOS. ABOËNS.

*Modeste sistunt*

**JACOBUS BONSDORFF,**

L. L. S. S. Docens.

Et

**ERICUS JOHANNES VON PFALER,**

Satacundensis.

In Audit. MINORI die XVI. Decemb. MDCCLXXXVI.

h. a. m. s.

---

A B O Æ,

Typis FRENCKELLIANIS.



§. XI.

Versus septimus apodofin quasi continet prioris sententia, in qua inducebat Vates facer quendam, tristissimo sub Republicæ statu, anxie alterum rogantem, ut imperium in se suscipiendo, patriæ succurreret ejusque extremum periculum averteret. Responsum jam sistitur eo modo, ut hic qui rogabatur præfracte neget, se viribus & auctoritate valere ad anceps tale negotium administrandum necessariis. Itaque per particulam adversativam omnino recte conjungi potuisset uterque versiculus, uti quoque in Alex. & Syr. vers. factum. Non tamen absoni quid ille statuere dicendus est, qui cum Vulg. & Chald. sine ullo Vay adversativo legat & immediate ambos jungat versiculos. Unde sequitur frustraneam esse operam eorum, qui ante ושי conjunctio- nem ו addere volunt, præsertim quum totus Msc. codicum numerus id recuset. Ipsa autem elliptica locutio ושי aliquid suppressum spectat, scilicet h. l. וירי, quod sæpe omittitur perinde ac nomina לך, קול &c. ubi concisior erit oratio, excluduntur, quoad ipsum autem sensum subintelligenda. Haud quidem pro certo statui propter brevitatem stili potest, quodnam nomen, יר an קיל Ellip- sin heic subierit; Attamen nos potius vocabulum יך vel וירי ad supplendum sensum revocamus, quam קול a Cel. Doederlein, cujus versio est: *alta voce Inquiet*, adoptatum. Ut enim breviter moneamus, commode satis non posse קיל heic suppressum haberi, quia idem sonaret cum sequenti לנטר *dicendo*, atque adeo omnis stili Poëti elegancia evanesceret; aptior omnino altera illa explicatio & convenientior tam contextui quam describendo turbatae ferventisque Republicæ statui

existimetur. Ea enim est Poëtica fictio, qua imminente extremo Reipublicæ Judaicæ periculo, quale revera fuit in transportatione Babylonica, unusquisque ita perturbatus, ut quid faceret, anxius non percipiat, nec ruinis patriæ vel aliquantum succurrere possit; propterea ergo efflagitans sibi opem a quocunque occurrente, sistitur. At hic inermis plane & imperii gerendi maxime incapax, assiduæ petitioni renuere fingitur. אשׁוֹ יָדַי כִּי נִשְׁבַּע *juramento vehementer obtestabitur.* Eric igitur אשׁוֹ יָדַי כִּי נִשְׁבַּע *attollere manus* signum asseverationis & juramenti. In juramentis nempe & precibus frondendis, versus cælum manus attollere solebant Veteres omnes communi ritu; unde etiam eadem fere mansere imagines ac locutiones in linguis eorum, hunc morem. respicientes? Quod Græcis est ἀναχεῖν χεῖρας, Hebræis valet אשׁוֹ יָדַי כִּי נִשְׁבַּע quoties sive absolute sive constructum cum præfixo ל, aut ב, aut alia partic. לָא, occurrat; latius tamen patente Hebræo usu, translatae significationes, *precum, federum sanctiorum & juramentorum*, permittente; quum e contrario non nisi sola proprietas dictionis fere sit in græca lingua servata. In genere denotat Hebræa phrasis manuum elevationem. Hinc, constructa cum ב rebellionem Metaphorice significat ut II. Sam. XVIII. 28. at in syntaxi cum לָא, vota quæcunque ac preces, indigitat, e. g. Levit. IX. 22. de Arone benedicente h. e. Divinam apprecante gratiam populo Israëlítico; absolute autem sive cum ל præfixo, posita eadem hæc locutio, ad foedera sanctiora, & juramento veluti confirmata transfertur. Itaque de ipso Divino foedere quod cum populo Israëlítico & hujus inprimis antesignano, Abrahamo pepigisse Deus per ἀνεθροοντοπαθεῖον in Mos. Historia alibique fertur, satis frequenter occurrit e. g. Exod. VI. 8. אשׁוֹ יָדַי לְתַת אֶתְּהָ (הָאָרֶץ) לְאַבְרָהָם

*Sancte promisi, juravi me velle hanc terram (Palæstinam) Abrahamæ dare; Similiter Esék. XX. 5. 6. 15. de Divina promissione educendi Israëlitas ex Ægypto, existat. Adde insignem locum Deuter. XXXII. seu Cantici Mosaici v. 40. ubi Jehova qui priori v. inducitur ipse loquens de sua Majestate & potentia in liberando suo populo, hostium vero armis diffringendis, sancte promissum suum ita confirmat. אֲנִי אֲשֶׁר לֹא אֶשְׁכַּח אֶת הַבְּרִית בְּעֵינֵי יְהוָה וְיָדָא לְעַלְמֵי עָלְמַי וְיָדָא לְעַלְמֵי עָלְמַי וְיָדָא לְעַלְמֵי עָלְמַי וְיָדָא לְעַלְמֵי עָלְמַי*  
*nam sanctissime juro, & testor quam certum sit me in æternum vivere, immortalem esse, sic quoque profecto exacuturum me esse gladium &c. Quod si quis heic sub locutione: manus attollere ad coelum, propriam cogitet notionem, nã is ab omni sensu & affectu alienus putetur. Ad Græcum quod attinet loquendi usum τὴ ἀναχθῆναι χεῖρας, duo tantum adferre libet loca, ubi non simpliciter attollere manus, denotare nobis videtur, sed juramenti quendam vim secum fert. Sic Homer. ΙΑ. Ραψ. Γ. v. 275. Ατρίδες μεγάλ' εὐχέτο χεῖρας ἀναχθῆναι sancte manus attollens. Διὰ nempe, ἡλιον, ποταμὸς, γαίαν, καὶ τὰς, αἵπερ ὑπενεργεῖ καίμοντας ἀνθρώπους & quemlibet nempe εἰς ἢ ἐπιόρκον ὁμοσσε, τίνυσσι, in sancto suo juramento Ατρίδες advocat μαρτυρῆς, quia illi omnino φυλάσσοντες εἰσι ὀρκία πίσα. cfr. Ραψ. Τ. v. 256. seq. Quo jure hæc a nobis dicta sint, intelliget, quicumque & Antiquos Interpretes languide nimis ac abhorrente linguæ Hebrææ genio אָנֹכִי אֲשֶׁר לֹא אֶשְׁכַּח אֶת הַבְּרִית בְּעֵינֵי יְהוָה reddentes: respondebit, & Recentiorum versiones consuluerit. Pari metaphora ac Hebr. אָנֹכִי אֲשֶׁר לֹא אֶשְׁכַּח אֶת הַבְּרִית בְּעֵינֵי יְהוָה videtur quoque, verbum Arabicum اِنِّي سؤلتك سؤلتك sibi acquisivisse jurandi, foedus pangendi notionem. Proprie enim signat dextram manum, l. corporis partem; cum vero in foederibus potissimum dextræ dentur, vindicavit sibi verbum quoque hunc foederis significatum, unde ad juramenta facilis transitus.*

*אֲנִי אֲשֶׁר לֹא אֶשְׁכַּח אֶת הַבְּרִית בְּעֵינֵי יְהוָה non possum medelam afferre quasi vulneribus*

vestris, vel ut Schulz in Lex. curabo plagas Reipublicæ. Elegantiſſimam imaginem ſiſtit textualis lectio, quare eam omnes Recenſiores tenent ſp̄reta illa quam Alexandr. & reliqui, excepto Latino, Int. offerre videntur. Græcus ἀρχηγόν, principem, ducem Syr. & Chaldaeus tranſtulere. Latinus autem melius & textui convenientius vert. non ſum medicus, ex quo patet haud contemnendam eſſe Vulgatam verſ. Lat. in Critica Sacra, ſed emendati ac genuini textus veſtigia ſervare multo ſæpe certiora quam cæteras antiquas. Quænam fuerit ratio hujus diſconvenientiæ vix ad liquidum perducî poteſt, niſi forte כבש cogitetur, quod proprie ſignat. ſubjicere, ſubigere alterum, in reliquis Dialectis frequentiſſimum verbum. Si ergo כבש textuale cum hoc כבש aut ſono aut errore quocunq; decepti commutarint veteres, critico certe in negotio hujus loci, nihil umquam advehent ponderis.

## §. XII.

Verſ. 10. Valde incommodum & ex vitiata lectio-  
ne ortum ſenſum dat Alex. Interpres. εἰπόντες δῆσωμεν τὸν  
δικαίον ὅτι δυσχερὴς ἡμῖν ἐστὶ. כבש enim & כבש invicem  
confudit (a). Idcirco Græcum rejecerunt turbidum fon-  
tem omnes hodierni Critici. Quandoquidem autem aqua hæ-  
re-

---

(a). Eſſe hanc lectiõnem Alexandr. veram probavit Stroth. pag. 236. not. cit. Rep. Licet enim Juſtinus, Clemens Alex. Hegeſippus & Tertullianus in allegationibus hujus loci ἀρωμεν habeant, certius tamen eſt memoriter factam eſſe citationem l. mutatis pauliſper parallelis verbis. Et ſane palmarium in hac cauſa argumentum id cenſeatur, lectiõnem allatam δῆσωμεν veteribus Patribus fuiſſe cognitam. Ipſe nempe Juſtinus qui cum ἀρωμεν bis hunc loc. allegat, alibi bis cum δῆσωμεν. Cfr. Coll. cum Tryphon. Barnabas vulgarem & in edit. cod. obviam tenet.

rete videbatur quoque in Masorethico illo, peregrinum qualemcunque arripuerunt mox citro divagando. Atque sane limpidam hinc hauriri posse aquam, nemo negabit qui hunc cum sequ. vers. contulerit, etenim si ex conjectura legatur *נְשִׂיךְ אֱשֵׁרִי* vel *נְשִׂיךְ אֱשֵׁרִי*, sensus ut a Lowth & Michaelis exprimitur, evadet: *beatum predicate, justum, immo beatus sit, ve contra præfracte impio.* Non tamen minus limpidus e vulgari scriptura nascetur sensus, sed adeo commodus ut minime aliqua egeat emendatione. Quocirca mirum obvenit, interdum plus foras quam domi veluti intendi lynceos oculos. Examinetur domestica lectio, atque patebit, quam sit opportuna, quam apta. *נְשִׂיךְ אֱשֵׁרִי כִּי שָׂוִי* *beatum predicate pium s. innocentem ut* Cel. Dache vertit, vel etiam si *שָׂוִי* ad sequens *וְנִכְלִי* quis cum Rec. Sveco Int. referre voluerit, *pronunciate innocentem, reputate, dicite de innocente quod bono fructur.* Sed prior explicatio melius respondere videtur parallelæ dictioni, versus sequentis *וְנִכְלִי לְרֵשַׁע רַע*. Eodem modo Chaldaus sumsit, qui ita transtulit *אֱשֵׁרִי לְצִדִּיקָא שׁוֹכֵיכֹן* *dicite justo, beati vos.* Alienam plane ab allatis dedit Syrus explicationem, ad Deum referens nomen *צִדִּיקָא*.

Vers. 12. Vertitur Divina oratio per Prophetam enunciata in eo, ut miseriam & oppressionem Judaici populi describat lamentisve deplorat, illam quidem non ab immanis hostis iugo sed fraudulentorum civium crudeli dominatu ortam summoque in luxu adauctam. Hinc Poëtica est acclamatio ad oppressores viliorum: *עַמִּי נִשְׁחָדוּ מֵעַלְלֵי* *populum meum exactores exhauriunt,* quæ verba leviori licet discrepantia, optime Alexandrinus reddidit: *λαος μου οἱ πρακτικῆς ὑμων καταμῶνται ὑμας.* In posteriori pariter hemistichio *וְנִשְׁחָדוּ מֵעַלְלֵי* Alex. *καὶ ἀπαιτῆντες κυριεύσω ὑμων* quam translationem, cum paulisper a vulgari Ma-

foreth. recedat interpunctio, atque elegantem fundere videatur sensum, proprius rimari juvabit. Omnes in univ-  
 versum codices M<sup>s</sup>. & nonnullæ versiones cum Schin  
 aspero legunt sed cum kamez sub prima radicali, quo  
 pacto *mulieres*, *foeminas* denotaret. Syrus habet נִשְׂאָה  
 & *mulieres*, sic quoque Vulg. & Symachus, quorum in-  
 terpretationi tam Lowth quam Dathe & Köppe accedunt.  
 Nec plane inauditum erit, si ita quis sumere velit, vul-  
 garem tenendo explicationem: *Populi mei exactores sunt*  
*pueri & mulieres dominantur ei.* Est vero in reliquis o-  
 mnibus Antiquis versionibus magnus consensus cum A-  
 lexandrina legente נִשְׂאָה ac si punctatum esset cum cho-  
 lem post primam rad. adeoque plural. particip. M. Kal ver-  
 bi ejusdem נִשְׂאָה cum Schin, quod probe ab alia vulga-  
 tissima radice נִשָּׂא *nasa* distinguatur atque in sensu *foene-*  
*randi* non autem *obliviscendi*, sumatur. Arabs habet hoc  
 modo نَلْمَقَاتِيْنِ نَلْمَقَاتِيْنِ نَلْمَقَاتِيْنِ *qui exigunt debita a*  
*vobis*, Aquila & Theodot. *daveritas*. Chald. מְרִי הִנְיָה  
*foeneratores*. Testium itaque ex antiquitate protractorum  
 fide magnam quoad partem munitam lectionem נִשְׂאָה  
*noscbim* esse, liquet. Maxime autem eidem favet mem-  
 brorum parallelismus, atque scopus orationis, nam ap-  
 prime consentit præcedenti verbo נִשְׂאָה, hoc נִשְׂאָה in fre-  
 quenti sua *foenerandi* notione sumtum. Nec est quod  
 putemus Prophetam heic describere velle talem Reipubli-  
 cæ statum quando imperium capefferent ii qui respectu  
 ætatis essent infantes, moribus vero effoeminati, atque  
 impletum esse oraculum in successione imbecillium ac im-  
 piorum regum a Josia usque ad excidium urbis & tem-  
 pli. Quamquam enim haud negamus, totum hoc Ora-  
 culum Jesaianum Cap. II. III. & IV. comprehensum (a)  
 at-

---

(a). Non moratur nos vana quorundam opinio qui totum hoc



atque Ufiæ forte ætate ultima, declamatum, continere comminationes varias (b) divinarum poenarum, olim genti Judaicæ improbæ, idololatricæ varioque luxui deditæ imminentium, atque revera huic genti tum illatarum, quando imperium Jud. vexari captum fit non modo ab Afiyrorum aliarumque nationum hostilibus armis & maxime sub exilio Babylonico, verum etiam a Regum nonnullorum Ufiæ & Jothamo succedentium crudelissimo & impiissimo sceptro, quale fuit Achafi, Manasses cet.; attamen hic locus a v. 8 med. usque ad 16. quorum summam excutiendam suscepimus, nequaquam censendus erit futuri temporis illam tradere scenam qua instar Divinæ vindictæ horrenda imagine sifterentur ipsi Reges imbelles crudelesque, quin potius præsentissimum Judaicæ Reipublicæ statum florentem insimul atque corruptum depingere. Atque eo nos omnino series contextus ducit, ut adumbratum habeamus corruptissimum illum civitatis statum, sub quo ditiores & astutiores homines summum honoris atque imperii gradum potiti, humilioris fortis subditos vexare inceperint. Quod certe & Historia aliarum gentium teste (c) tum inprimis ac-

---

Orac. in fragmenta minora diversis temporibus conscripta, veluti dissecant. Nobis utique Rev. Lowth, Dathe & Dæderlein consentientes sunt in eo quod usque a Cap. II initio ad V. una sercriptionis series servata sit, licet per varias scenas pro more suo Prophetico jam futuri jam præsentis temporis fata, nunc spem melioris fortis Cap. II. 1-5. inprimis sub Christianismo eventuræ, nunc præsentem depravationem morum & luxum v. 5 -- 9. atque hinc pendentem poenam divinam exilio Babylonico infligendam, jam denuo Messæ tempora depingat Propheta.

(b). Gravissimas minas justissimi judicis ac vindicis in secleratam gentem, exhibent hæ pericopæ quas breviter indicabimus Cap. II. v. 9. -- Cap. III. v. 8. med. atque sparsim v. 16 -- 25 hinc porro usque ad Cap. IV. v. 2. tantum modo poenarum iudicia reperiuntur.

(c). Instar omnium aliarum gentium typi, Romanam illam de-

accidere solet, quum ad fastigium veluti evectæ sint pravæ artes & luxus; atque speciatim in Judaico populo tempore Regum Uſiæ ac Joſthami accidisse ad fidem est pronum. Imperium scilicet Judaicum tenentibus his Regibus felicissimum statum Reipublicæ divitiis nempe & opibus adfluentis ac luxuriantis fuisse, estantur Annalium Prophezarum fragmenta II Reg. XV. & II. Chron XXVI & XXVII, atque Jesaiana descriptio Cap II. 6 — 9, III. 16 — 24. Inſimul autem ipsa hæc monumenta indicant, mores jamjam prout illis luxuria ansam dedit, depravatos factos. Hinc Idolo-

---

pingunt scriptores Historiæ hujus, qualis ab inde usque fuerit tempore quo primum de consulari dignitate vi ac armis invicem certare instituerunt malæ ambitioni luxurique dediti Romani cives potentiores Patricia scilicet familia nati, atque porro quales sub Augusto felicissimo illo ac corruptissimo fuerit ævo, quo indies augebatur morum depravatio, undique opes ad profundendum conquirebantur, sensim justitia descreſcebat, injuria ditiorum viliores quosque laceſcebat. Primum originem malorum ita describit Sallust, bell. Cætil. Cap. XII. *postquam divitiæ honori esse coepere Et eas gloria, imperium, potentia sequebatur; hebescere virtus, paupertas probo haberi, innocentia pro malivolentia duci coepit. Igitur ex divitiis juventutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere; rapere, consumere, sua parvi pendere, aliena cupere; pudorem, pudicitiam, divina atque humana promiscua, nihil pensi atque moderati habere.* Luxum Romanorum nefandum & hinc ortam morum pravitatem scelerumque novitatem, sub Augusto imperante, graphice satis pingit Horatius passim in suis odis & satyris. Idem hoc tempus, maxime autem, sequentia sub effæminatis & crudelibus principibus, Tyrannis potius dixeris, infelicissimum ævum, satis quoque exponit Tacitus in Annal. & Hist. Atque idem ille scriptor, Augusti & Tiberii (quamquam ipsi hi Cæsares voluptati & crudelitati nonnihil dediti fuerint) præclara multa instituta ad coercendum ingruentem luxum, detinendaque scelera quævis ad injuriam tendentia aliorum & seditiones edita, frustranea autem illa commemorat. cfr. e. g. Epistol. Tiberii ad senatum Annal. III. Cap. 53. 54. Equis est qui comparatis Romanæ gentis satis cum Judææ illis, similitudinem quamdam, varia licet & mutata forma, non perscipiat. Caveat vero sibi ne Augusti cet. instituta, cum piissimorum Regum Uſiæ, Joſthami, Hiiskæ cet. optimis gestis commisceat.

latriæ uberrimæ illius vitiorum Jud. gentis scaturiginis vestigia deprehendere; hinc sexum lequiozem variis vanissimis semet delectantem ornatus generibus, innocentiam ac impudicitiam juxta æstimantem, illecebrisque suis amafios irretientem 16. — 24; Virilem pariter sexum effœminatam, prodigum, injuriasque aliorum fruentem, inprimis autem proceres & principes populi שרים, & עמ' עמ' ut v. 13. nominantur, violenter opprimentes, plebem viliori fortuna gaudentem; hinc denique postea sub Achasi & Hiskiaë imperio discordia civilia ac machinationes veluti Aristocraticas cernere licet. Ad Usiæ & Jothami quod attinet politicam Reipubl. administrationem, ipsi sane hi reges longissime a temporum suorum vitiis alieni, pietate autem & justitia conspicui (d), multa nec usu suo carentia edidisse instituta saluberrima, Prophetarum consiliis Divinitus datis munita, credere fas est, nec tamen eosdem penitus reformare præsentem statum, atque procerum injuriis pariter ac civium deperditorum omnibus vitiis obices ponere firmos valuisse, testantur tot sæpiusque repetitæ Propheticaë declamationes & quidem præfens Jesaiæ locus a v. 9. usque ad 16. Quibus probe pensitatis, haud alienum judicetur מעולל in significatu *exhaustiendi* sumere, qui bene cum nomine נשוי quadrat & sequentibus vers. 14, 15, ubi locutiones גזלה העני, rapina pauperum שחז עניים *molere, terere faciem pauperum* &c. occurrunt. Atque hinc tandem scriptioni נשוי *noschim*, robur conciliari posse speramus. Thema hujus vocabuli quod attingit, נשה constituant Lexicographi, at rectius נשי & נשא constitui debet, quod

G

Ara-

---

(a) Characterem eorum verissimum dedit Niemeyer in Characterist. Tom. V. pag. 83 -- 88. cfr. quoque p. 401. seq.

Arabismus ubi eadem verba sibi quam maxime confinia exhibentur, luculentissime docet. Quorum etymologicam inire rationem longioris & subtilioris est indaginis. Sufficiat jam breviter monuisse & apud Hebræos & Arabes teri hæc verba promiscue in *obliviſcendi*, *debitum ſolvendi* ac *foenerandi* notione.

Verſ. 13. לרין עמים *ad judicandum populos* analogæ eſt & probatis teſtibus confirmata lectio, ſiquidem Chaldæi & Vulg. in plurali legunt עמים, neque ullus adhuc cognitus codex. ſ. Mſc ſ. editus, aliter ſcriptum ſiſtit textum. Huncne ergo divellet vaga Alexandrini auctoritas, qui τοὺς λαοὺν αὐτῶν vertit, ſibiſque conſentientem habet Syrum: למין לעמו. Notetur quoque heic probe diverſitas Græci & Latini Interpretis, etenim ille litteram deſeruiſſe, hic vero ſequi eam cernitur. Similiter idem Latinus in ſeq. Verſ. 14. הכרים ſimpliciter ſine omni affixo, una cum Syro legens, originariam hebrææ vocis corroborat ſcriptionem, quum e contrario Græcus addendo affix. prim. perf. nihil ſecum adferet roboris in mutando textu, cujus veritatem non fas fuerit ex una alterave metiri vana ſuſpicionem.

### §. XIII.

Verſ. 16. In tranſcurſu tantum hic locus alibi jam excuſſus (a) notandus erit. Alexandrina verſio ἐν νεύμασι ἐφθαλμῶν, exprimit Hebræum textum שפיקרית בנים cum Sin leni. Favet eidem noſtro textui Syra verſio, & vocabuli שפר Sacar I. שפר apud Chaldæos, uſus qui in *conſpiciendi*, *intuendi* notione tritiſſimus eſt. Nihil tamen im-

---

(a). Diſſert. ad Cap. III. Ef. comm. 16. 17.

impedit quo minus cum Chaldaea hac significatione Arabicam quoque *שֶׁבַקָּרָה* *Sebakara* jungamus notionem, adeo, ut & nictus oculorum & nigredo eorundem indicetur; siquidem utrumque est signum turpioris luxus & lasciviae, quae vitia severe reprehendit Propheta. Denotat vero in Arab. Dial. rarius occurrens verbum hocce *rubedinem, fulvum colorem*. Forte apud Hebraeos *שֶׁבַקָּרָה* valuit: *oculis collyrio aut sibiio tinctis intueri, vel oculis nigrescentibus vagari*. Qualis autem fuerit mos, adhucve sit in Oriente, palpebras oculorum sibiio s. alcohol illinendi, cfr. Coment. Lowth. & Golium in Lexic, ad ver. כחל. Tota enim familia hujus vocab. mores fere omnes & veluti apparatus ritus hujus universum pandit! Quod ad ipsum vero sibiium s. Alcohol attinet describendum, nos pauca licet huic loco non propria, adjiciemus. Est nimirum, uti Mineralogorum acutissimi dudum monuerunt, Sibiium nihil aliud quam Antimonium. Antiquo enim tempore innotuit sub nomine Stibii apud Plinium, & כחל, כחאל atque אצמר apud Arabes, כחל Chald. & שֶׁבַקָּרָה ap. Hebraeos. Seculo post N. C. MCCC nomine Antimonii apud Europaeos, Gallos praecipue antimoine insigniebatur. Observandum autem est, antiqui aevi Scriptores non de nativo & depurato Antimonio, sed crudo illo i. e. cum sulphure mineralifato, quae species quidem vulgatissima est Antimonii, loqui. Atque hujus mineralis, quod ex plumbeo nigrescente suo colore dignoscitur, usus singularis est ut pulverisatum atque solutum, maxime nigrum efficiat colorem (b) unde ad nigredinem superciliorum, summam il-

G 2

lam

---

(b). Dubium tamen est annon sub sibiio vocab. alias species Antimonii e. g. mineralif. cum sulph. & Arsenico, cujus character specif. est in colore rubro, immo, quoque pulverem ex aliis mineralibus ut-

lam prisco pariter ac hodierno ævo apud Orientales habitam pulcritudinis notam, adhiberi sœvit.

Verf. 17. Prouti ornato suo fastuque mulieres vane & libidinose se gesserant, poena quoque illis Poëtico-prophe-  
tæ more annunciatur: Pro קרקר scilicet *cavis ornato cin-*  
*cinnis*, *calvitium* ספח experientur, omneque ספח  
*capillamentum* illis *abraderetur*. Sic expositis verbis, ni-  
hil omnino erit quod in sensum impingat, quin apprime  
omnia quadrabunt in picturam Poëticam. Verbi enim  
ספח, cujus familia quidem in Arab. Dial. ignota est  
(nam quod Cel. Schulz contulit Hebræum vocab. cum  
Ar. Safacha *effundere*, id male omnino factum) in Heb.  
tamen codice & Chald. Dial. multæ superstites existant  
voces *scabiam* & hinc ortam *calvitiam* denotantes. Con-  
fistente insuper antiquæ versionis Vulg. & Hieron. om-  
niumque MSS. cod. fide, supervacaneum non modo,  
verum etiam minus ingenuum habebitur, cum nonnul-  
lis Criticis lectionem vulgarem sollicitare & ex vaga-  
bundis quibusdam versionibus antiquis, præsertim LXX.  
virali corrigere. Habet vero hæc: ταπεινωσει cui con-  
cinuit Syr. translatio ימך & Chald. ישעבר, (ספח enim  
& שעבר idem sonant *humiliare*, *deprimere*, *subjicere*.);  
unde per conjecturam eliciunt lectionem של pro שש,  
quæ tamen nullo modo, si contextus analogiam spectes,  
cum vulgari Masorethica certare potest, nec genuina ha-  
bebitur. Hieron. enim in Comment. hebræam confir-  
mavit veritatem, quum transtulit *decalvabit*. Qui vero  
factum est ut reliqui Vet. Int. in lucidissimo contextu  
adeo

---

pote magnesia, confectum, complexi fuerint Veteres. Quod Niebuhr teste Ôdman Arab. Seder och Lefn. p. 147. pulverem hujus Keehel appellat molybdænz id nihil rem definit.

adeo aberrarent a vera lectione? Forte ex sensu tantum, transtulerunt verbum quod rarius difficiliusque illis visum interpretatu. Quid! quod secundum hypothesin haud penitus improbabilem, natales hujus diversitatis derivari possint ex ambigua veteri scriptione hebræo-græca. Negligentius nimirum X littera scripta, speciem posuit præ se fere litteræ Λ; unde facilis error potuit oriri, quemadmodum ex alia vulgariori permutatione τθ η cum græco γ, frequentem prodixisse errorem, probavit tam Tychsenius quam Graffman. Quidcunque demum in causa habeatur antiquorum variæ interpretationis, vera nunquam eadem censetur.

Verf. 24 Tanto magis hic impeditior paulo & vexatior versiculus expendi meretur, quanto frequentius expositus fuerit tam Antiquorum interpretum diversitati quam Recentiorum dubitationibus ac conjecturis, non omnibus quidem illis speciem falsitatis exhibentibus. Nodum nectunt verba כִּי תַחַת יָדַי quæ, ut eo melius æqua/judicii lance pensitare valeamus, integrum, qualis nobis constitui posse videtur, verum per membra sua quatuor dissecta explicabimus. והיה תחת בשם מן *pulvis erit loco aromatis fragrantis pro balsamo & aromatibus, obteget capita earum pulvis.* יהיה ותחת הצורה נמפה *pro zona capitis pulcriori, contusio gravis substituetur* ותחת פתגיל מחגרת *pro coma cincinnis inflexa vel reticulato comæ ornamento calvities.* פו *pro cingulo vel rectius panniculis textis aut fimbriis quibus semet in festis ornarunt cinxerunt, lacera vestes panni.* h. e. sordidas jam induent vestes, tristissimo luctu horridæ Sionitæ. Verba singula e linguæ genio & Ant. versionibus illustrare non est pro nostro consilio;

nec nisi levem indicare necesse est varietatem in verb. **קו** quod vulgo ad **קקו** *tabescere, putrescere* referunt; rectius vero docente Ill. Michaelis, duceque Alex. Inl. **κονιστρον**, ex Arab. Dial. explicantibus, ad radicem **קמ** *pulvis* unde orta videtur notio *vilitatis, vecordia, fatuitatis*, pertinet. Verba autem ultima **כי רחמתי ופי** ambiguae & incertae esse interpretationis, proptereaque Criticorum examini subjiciendae, nemo non fateatur qui antiquas perlustraverit versiones. Eo minus arridebit cuiquam ingeniosa licet correctio Rev. Lowthi in Comm. qua integram sententiam errore exscribentium e textu dilapsam venditat & superaddere jam nititur, quasi abrupta alias esset oratio atque ad sensum efficiendum aliquid desideraretur, aut Antiquis Interpretibus vagis coeca fide fas sit insistere; quo certius sit, plenissimum esse sensum jam in prioribus exhibitum. Atque sane contrarium huic crisi adtulit Sanctius, qui haud omnino sive contextus sive antiqui textus historiae argumentis destitutus omnibus, verba allata instar glossae textui illatae habet, quam ideo etiam jure Vulgatus & Hieronymus e suo Commentario exclusere. Ejdem suspicioni quoque ansam quandam poterit subministrare ipse Alexandrinus Int. Nam quod **ταυτα σοι αντι καλλωπισιμε** citaverit Rever. Lowth. ex Msc. Pachom. &c. id sane manifestam sapit glossam quam e Chrystostomo profluxisse jure statuere posse nobis videtur. In plerisque Edition. Walt. Mill. Breitinger, ceter. abest illud additamentum, adeoque spurium habeatur. Quod etiam multo luculentius patebit ex Hieronymi silentio. Si enim in Graeco textu tum temporis adfuisset, certe hoc adnotasset Vir in Critico studio praer omnibus ceteris exercitatissimus. Jam autem laudatus Vir, qui sequ. vers. 25. vertit *pulcherrimi viri tui*



tui cadent, adeoque ex anteced. v. יפֵי (rejectione תחת יפֵי) ut genuinum huc retulit, idem memorat manifeste, LXX hunc in modum interpretatos esse: ὁ υἱὸς σε καλλίστος ἐν ἡγαθήσας (aut ἀγαπᾶς ut in impressis Edit. exstat) μοχθαίρα πύσεται (absone in impressa editione Hieronymi legitur πύσεται). Quam interpretationem ut paraphrasin censendam esse, ex verbis Hieron. concluditur. Quod autem in antiquiori jam textu verba יפֵי תחת יפֵי compa- ruerint, (ab origine an feriori manu addita, nos defini- re quidem hanc sustinemus), patet ex Syra versione: כִּנּוּל דִּיתְחַבֵּל שִׁפְרָהּ *quoniam corrumpetur pulchritudo earum*, licet heic vocab. תחת | cum rad. תחת commutatum deprehendatur. Maxime a textu distat Chaldeus qui pro- more suo παραφραζει, adeo ut minime hinc justa sum- tur occasio textum ex eo restituendi. Si vero allata ver- ba, quæ Syrus Int. solus ex antiquis, quodammodo ex- hibet, genuina esse probari possit, alium inde sensum non quæramus quam: *adustio erit loco pulchritudinis vel ut Celeb. Dathe. deformata facies in locum consummata pulchritudinis*. Nomen enim יפֵי non confundendum cum particula יפֵי, pertinet ad Radicem יפֵי quæ in omnibus Dialectis denotat *urere*. Apprime ergo יפֵי *adustio oppo- nitur τω יפֵי formositati*.

Verf. 25. Non uno demum exemplo sed fere in- numeris probatum dederunt Grammatici, abstractum sæpe pro concreto, hoc est, Substantivum pro Adjectivo poni. Quum itaque Hebrææ locutiones in versione quadam exprimi debeant, usum ipsius linguæ observe- mus oportet, adeo ut in concreta forma explicemus quæ in abstracta exstant. גְּבוּרַתְךָ *fortitudines tuæ* erit idem ac *fortes, heroes tui* quasi גְּבוּרֶיךָ. Dederunt hanc versio- nem

nem, Antiquorum plerique & inter eos Alexandrinus, qui habet *οἱ ἰσχυροὶ ὑμῶν*, Recentiorum pariter omnes. Igitur si quis pro textuali scriptione, legendum *בְּיָמֵינוּ* sciscet, usum linguæ non rite perpendens sed lubrica & superflua nitens conjectura, is demum assensum commode vix obtinebit. Trivisimæ hujus syntaxeos exempla affatim coëgit Sal. Glassius pag. 19 — 23. Ed. Dath. nec adeo ægre conquiri possent plura. In ipso limine Jesai, libri Cap. I. v. 4 legitur *עַן כִּבְדּוֹ עַד* *populus pondus iniquitatis* i. e. prægravatus iniquitate vel ut Alexandr. & Vulg. vertunt: *πληρὴς ἀμαρτιῶν*. gravis. Sic quoque *סְמוּלָה* *solitudo* pro solitaria, vastata, sapissime occurrit. ut Exod. XXIII. 29. Jer. XII. 10. Jes I. 7. Quis denique ignorat tam Græcam quam Latinam atque Europæas linguas eundem servare genium in construendis sententiis conspicuum?

